'pro fortissimo viro', quam cum 'etsi vereor' et 'turpe sit' et 'timere'. 49 iam secunda respiratio increscat oportet et naturali quodam conatu, quo minus pavide dicimus quae sequuntur, et quod magnitudo animi Milonis ostenditur: 'minimeque deceat, cum Titus Annius ipse magis de rei publicae salute quam de sua perturbetur'. deinde quasi obiurgatio sui est: 'me ad eius causam parem animi magnitudinem adferre non posse'. 50 tum invidiosiora: 'tamen haec novi iudicii nova forma terret oculos'. illa vero iam paene apertis, ut aiunt, tibiis: 'qui, quocumque inciderunt, consuetudinem fori et pristinum morem iudiciorum requirunt'. nam sequens latum etiam atque fustum est: 'non enim corona consessus vester cinctus est, ut solebat'. 51 quod notavi, ut appareret, non solum in membris causae, sed etiam in articulis esse aliquam pronuntiandi varietatem, sine qua nihil neque maius neque minus est.

Vox autem ultra vires urgenda non est: nam et suffocata saepe et maiore nisu minus clara est et interim elisa in illum sonum erumpit, cui Graeci nomen a gallorum immaturo cantu dederunt. 52 nec volubilitate nimia confundenda quae dicimus, qua et distinctio perit et adfectus et nonnumquam etiam verba aliqua sui parte fraudantur. cui contrarium est vitium nimiae tarditatis: nam et difficultatem inveniendi fatetur et segnitia solvit animos et, in quo est aliquid, temporibus praefinitis aquam perdit. promptum sit os, non praeceps, moderatum, non lentum. 53 spiritus quoque nec crebro receptus concidat sententiam, nec eo usque trahatur, donec deficiat. nam et deformis est consumpti illius sonus et respiratio sub aqua diu pressi similis et recep-

«en defensa de un hombre de valor extraordinario», que cuando dijo «aun cuando recelo» y «ser cosa ignominiosa» y «abrigue temores». 49 Ya el segundo aliento es preciso que experimente un aumento, tanto por un cierto impulso natural, por el que decimos con menos miedo lo que sigue, como también porque en ello se muestra brillantemente la grandeza de sentimientos de Milón: *Y de ningún modo sería decoroso (abrigar temores), cuando Tito Annio (Milón) siente mayor perturbación por el bien de la república que por el suyo.* Después, como una reprensión de sí mismo, dice Cicerón: *¡Que yo no pueda aportar igual grandeza de ánimo a la defensa de su causa!* 50 De seguidas con creciente y aborrecida irritación: *Sin embargo, esta nueva forma de un nuevo juicio llena de terror mis ojos.* Pero las siguientes palabras suenan ya, como dicen, «con todos los trastes de la flauta abiertos»: *los ojos, que adonde quiera se vuelvan, están echando de menos la acostumbrada visión del Foro y la antigua práctica de celebrar juicios.* Pues lo que sigue es también aplastante y desbordante: *Porque vuestra audiencia judicial no está rodeada de numeroso público como solía.* 51 Lo cual he hecho notar, para que aparezca claramente que no sólo en los miembros de un período, sino también en los incisos debe haber alguna variedad, sin la cual nada encuentra una subida ni un descenso.

Mas la voz no debe ser apremiada más allá de sus fuerzas; porque muchas veces queda ahogada, y con un esfuerzo excesivo es menos clara y alguna vez, quebrada, prorrumpe en aquel sonido, al cual dieron los griegos el nombre tomado del *prematurato canto de los gallos (klosmós)*. 52 Ni lo que decimos debe brotar confuso por la demasiada precipitación, con la cual no sólo se destruye la división —de miembros y períodos—, sino también la expresión de sentimientos y alguna vez hasta las palabras se ven privadas de alguna parte de su propia sustancia. El defecto contrario a éste es el de la lentitud exagerada; porque tanto delata dificultad en hallar los pensamientos, como disipa por el modo aburrido de hablar la atención de las mentes, lo que tiene ya alguna importancia cuando, después de haberse fijado antes los tiempos de las intervenciones, pierde agua (la *clepsidra*, el reloj de agua, presente en los tribunales). Sea ágil el modo de hablar, no precipitado, medurado, no lento. 53 También la respiración, al recibir con frecuencia su aliento, no debe dejar cortada la frase, ni se la ha de retener hasta su agotamiento. Porque, por una parte, es disonante el tono de aquel aliento ya gastado y, por otra parte, la respiración es como la de quien está largo tiem-

tus longior et non oportunus, ut qui fiat, non ubi volumus, sed ubi necesse est. quare longiorem dicturis perihodon colligendus est spiritus, ita tamen, ut id neque diu neque cum sono faciamus, neque omnino ut manifestum sit: reliquis partibus optime inter iuncturas sermonis revocabitur. 54 exercendus autem est, ut sit quam longissimus: quod Demosthenes ut efficeret, scandens in adversum continuabat quam posset plurimos versus. idem quo facilius verba ore libero exprimeret, calculos lingua volvens dicere domi solebat. 55 est interim et longus et plenus et clarus satis spiritus, non tamen firmæ intentionis ideoque tremulus, ut corpora, quae aspectu integra nervis parum sustinentur. id βράγγον Graeci vocant. sunt qui spiritum cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent. sunt qui crebro anhelitu et introrsum etiam clare sonante imitentur iumenta onere et iugo laborantia. 56 quod adfectant quoque, tamquam inventionis copia urgeantur maiorque vis eloquentiae ingruat, quam quae emitti faucibus possit. est aliis concursus oris et cum verbis suis conluctatio. iam tussire et exspuere crebro et ab imo pulmone pituitam trochleis adducere et oris umore proximos spargere et maiorem partem spiritus in loquendo per nares effundere, etiam si non utique vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potissimum huic loco subiciantur. 57 sed quodcumque ex his vitium magis tulerim quam, quo nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisque, cantandi, quod inutilius sit an foedius nescio. quid enim minus oratori convenit quam modulatio scaenica et nonnumquam ebriorum aut comitantium licentiae similis? 58 quid vero movendis adfectibus con-

po sumergido en el agua, y entonces el aliento recibido se hace más largo y no en el lugar oportuno, de suerte que recurre, no donde queremos, sino donde no queda otro remedio. Por cuya razón los que tenemos que decir un período más largo hemos de recoger el aliento, pero de modo que ni lo hagamos durante largo tiempo ni con ruido, ni que en absoluto se perciba; en las restantes partes se volverá a tomar durante las pausas del discurso. 54 Mas debe ensayarse el modo de tomar aliento, para que dure el mayor tiempo posible; para conseguir esto, Demóstenes recitaba sin parar, mientras subía una pendiente, el mayor número de versos que podía. Esto mismo solía practicar en casa, para emitir más ágilmente palabras con voz expedita, revolviendo con la lengua piedrecitas en su boca. 55 A veces una respiración es larga, plena y suficientemente clara, pero carente de firme intensión, y por eso *temblorosa*, como los cuerpos que, sanos en apariencia, se mantienen poco en pie por propias fuerzas. Los griegos llaman esto *brancon* (probablemente 'carraspe-ra'). Hay oradores que, con una especie de silbido, no reciben el aliento a través de las mellas de los dientes, sino que lo sorben. Hay otros que con su continuo resuello y hasta claramente perceptible en el interior de la boca imitan a las bestias de tiro agobiadas por la carga y el yugo. 56 Esta impresión hacen también de propósito, como si estuviesen aplastados por la multitud de materia obtenida para el discurso, y como si la fuerza de la elocuencia, que sobre ellos irrumpe, fuese más grande que lo que pueden sacar sus gargantas. Otros tienen *compresión* de boca y *lucha* con sus propias palabras (dificultad en pronunciar y expresarse). Entonces el *toser*, el *escupir* con frecuencia, el *extraer* como con poleas la expectoración desde lo más profundo de los pulmones y el *rociar* con su saliva a los que se hallan cerca, y el dejar *salir* la mayor parte del aire a través de las narices mientras se está hablando, aunque no son ciertamente defectos de la voz, mas, sin embargo, aparecen por su causal relación con la voz, y se deben mencionar muy especialmente en este lugar. 57 Pero cualquiera de estos defectos estaría yo dispuesto a tolerar más que el que ahora se comete muchísimo en todos los discursos procesales y ejercicios de las escuelas de retórica: el *tonillo de canto*, lo que no sabría decir si es más inútil o más feo. Porque ¿qué cosa hay que le convenga menos a un orador que la modulación de la voz, que es propia del teatro y alguna suena parecida al griterío de beodos y compañeros de comilonas? 58 ¿Qué

trarium magis quam, cum dolendum, irascendum, indignandum, commiserandum sit, non solum ab his adfectibus, in quos inducendus est iudex, recedere, sed ipsam fori sanctitatem ludorum talarium licentia solvere? nam Cicero 'illos ex Lycia et Caria rhetoras paene cantare in epilogis' dixit. nos etiam cantandi severiorem paulo modum excessimus. 59 quisquamne, non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculis certe atque rationibus, quisquam denique, ut semel finiam, in lite cantat? quod si omnino recipiendum est, nihil causae est, cur non illam vocis modulationem fidibus ac tibiis, immo mehercule, quod est huic deformitati propius, cymbalis adiuvemus. 60 facimus tamen hoc libenter: nam nec cuiquam sunt iniucunda quae cantant ipsi, et laboris in hoc quam in agendo minus est. et sunt quidam, qui secundum alia vitae vitia etiam hac ubique audiendi, quod aures mulceat, voluptate ducantur. quid ergo? non et Cicero dicit esse aliquem in oratione 'cantum obscuriorem'? et hoc quodam naturali initio venit? ostendam non multo post, ubi et quatenus recipiendus sit hic flexus et cantus quidem, sed, quod plerique intellegere nolunt, obscurior.

61 lam enim tempus est dicendi, quae sit apta pronuntiatio: quae certe ea est, quae his, de quibus dicimus, adcommodatur. quod quidem maxima ex parte praestant ipsi motus animorum, sonatque vox, ut feritur: sed cum sint alii veri adfectus, alii ficti et imitati, veri naturaliter erumpunt, ut dolentium, irascentium, indignantium, sed carent arte ideoque sunt disciplina et ratione

hay en verdad más contrario a excitar los sentimientos que, cuando es obligado mostrar dolor, ira, indignación, compasión, no sólo alejarse de estos afectos, a los que se debe atraer al juez, sino destruir el sacro respeto del Foro con el desenfadado tono de unos juegos de dados? Pues ya dejó dicho Cicerón: *los maestros de Retórica de Licia y Caria casi cantan al terminar sus palabras* (Orat. 18, 57). Nosotros hasta hemos traspasado la justa medida de cantar un tanto más seria. 59 Porque ¿quién se pondría a cantar, no digo tratándose de un homicidio, de la profanación de un templo, de un parricidio, mas en todo caso de cálculos y cuentas, quién por último, para decirlo de una vez, en la controversia de un pleito? Si esto se ha de introducir como regla general, no hay razón para no acompañar aquella modulación de voz con instrumentos de cuerda y de viento (lit., flautas), todavía mejor, ¡por Hércules! —lo que está aún más cerca de esta falta de gusto—, con metálicos címbalos (instrumentos huecos semicirculares, propios de los cultos orgiásticos; sobre las formas de declamar, cf. S. Bonner, *Roman Declamation*, Los Ángeles-Berkeley 1949). 60 Sin embargo, hacemos esto gustosamente; porque a ninguno de los hombres desagrada lo que ellos mismos cantan, y para esto se necesita menos esfuerzo que para un discurso ante tribunales. También hay algunos oyentes que, en consonancia con los otros vicios de su modo de vida, también se dejan llevar por este deleite de oír en cualquier ocasión lo que halaga los oídos. ¿Qué diremos, en conclusión? ¿No dice también Cicerón que en el discurso hay un *canto menos perceptible*? (Orat. 18, 57). ¿Y no proviene esto de un fenómeno de origen natural? Haré ver claramente, no mucho después, *dónde y hasta qué punto* ha de merecer ser aceptada esta flexible modulación de voz, que es ya precisamente *canto*, pero canto más oculto —menos perceptible—, cosa que los más no quieren entender.

61 Porque ya es tiempo de decir cuál es la forma adecuada de pronunciar el discurso; que es en todo caso aquella que se ajusta a estas condiciones de que hablamos. En su mayor parte las ofrecen por sí mismas las internas emociones del corazón, y la voz resuena como uno la hace enternecer; pero puesto que unos afectos son verdaderos, y otros fingidos e imitados, los verdaderos brotan impetuosamente de un modo natural, como los de quienes sienten dolor, ira, indignación, pero a estos sentimientos les falta la expresión según las normas del arte, y por eso deben adquirir esa forma por medio de la enseñanza y de la

formandi. 62 contra qui effinguntur imitatione, artem habent, sed hi carent natura, ideoque in iis primum est bene adfici et concipere imagines rerum et tamquam veris moveri. sic velut media vox, quem habitum a nostris acceperit, hunc iudicum animis dabit: est enim mentis index ac totidem quo illa mutationes habet. 63 itaque laetis in rebus plena et simplex et ipsa quodam modo hilaris fluit, at in certamine erecta totis viribus et velut omnibus nervis intenditur. atrox in ira et aspera ac densa et respiratione crebra: neque enim potest esse longus spiritus, cum inmoderate effunditur. paulum <in> invidia facienda lentior, quia non fere ad hanc nisi inferiores confugiunt, at in blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando lenis et submissa. 64 suadentium et monentium et pollicentium et consolantium gravis: in metu et verecundia contracta, adhortationibus fortis, disputationibus teres, miseratione flexa et flebilis et consulto quasi obscurior, at in egressionibus fusa et securae claritatis, in expositione ac sermonibus recta et inter acutum sonum et gravem media. 65 attollitur autem concitatis adfectibus, compositis descendit pro utriusque rei modo altius vel inferius.

Quid autem quisque in dicendo postulet locus, paulum differam, ut de gestu prius dicam, qui et ipse voci consentit et animo cum ea simul paret. is quantum habeat in oratore momenti, satis vel ex eo patet, quod pleraque etiam citra verba significat. 66 quippe non manus solum, sed nutus etiam declarant nostram voluntatem et in mutis pro sermone sunt, et saltatio frequenter sine voce intellegitur atque adficit, et ex vultu ingressaque perspicitur habitus animorum, et animalium quoque ser-

reflexión. 62 Por el contrario los que se representan por imitación de los verdaderos, tienen configuración artística, pero carecen de fundamento natural, y por eso lo primero en estas simuladas representaciones es dejarse rectamente impresionar, dar entrada en el corazón a los datos reales de los sucesos y emocionarse como si fuesen verdaderos. Así la voz, como una mediadora, trasladará el sentimiento, que haya recibido de nosotros, al estado de ánimo de los jueces; porque ella es reveladora del alma pensante y experimenta tantas transformaciones como ésta. 63 Y así en las cosas alegres fluye la voz *con plenitud, sin afectación*, y en cierta manera *alegre* por sí misma; pero en el combate de los procesos se levanta con enteras energías y se pone como tensa en todos sus músculos. Atroz es en la ira y áspera y apremiante y tomando aliento a cada instante; porque el aliento no puede durar largo tiempo, cuando se vacía sin medida. Un poco más lenta es ella cuando hay que generar antipatía, porque por lo general no buscan refugio en ésta si no los que son más débiles; al contrario, cuando hay que halagar, confesar, satisfacer y rogar, es suave y sumisa. 64 Ponderada es la de quienes aconsejan y exhortan, prometen y consuelan; en el miedo y en el pudor concisa; en las encendidas arengas, valiente; en las disputas, rotunda; en la compasión, matizada, llorosa y deliberadamente como menos clara; por el contrario, en las digresiones, fluyendo como un torrente y con una claridad que inspire seguridad; en pasajes descriptivos y de carácter conversacional, uniforme y en un tono intermedio entre el agudo y el bajo. 65 Pero se eleva en los sentimientos excitados, y con el apaciguamiento desciende en escala más alta o más baja según el grado de ambos sentimientos.

Mas qué es lo que cada lugar exige en el tono del discurso, lo dejaré para un poco después (n.º 150), para hablar primeramente de los *gestos y ademanes*, que en sí mismos están, por una parte, en consonancia con la *voz* y, por otra, están a su vez al servicio de nuestra mente. Cuánta importancia tengan el gesto y el ademán en el orador, queda hasta suficientemente claro por el hecho de que da a entender muchas cosas aun sin palabras. 66 Porque no solamente las *manos*, sino también las señas o movimientos de cabeza declaran nuestra voluntad y sin que se digan palabras están en lugar del lenguaje; también el baile se entiende con frecuencia sin palabras y uno se deja impresionar por él, y por el semblante y por el modo de andar se capta el estado de los áni-

mone carentium ira, laetitia, adulatio et oculis et quibusdam aliis corporis signis deprenditur. 67 nec mirum, si ista, quae tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis valent, cum pictura, tacens opus et habitus semper eiusdem, sic in intimos penetret adfectus, ut ipsam vim dicendi nonnumquam superare videatur. contra si gestus ac vultus ab oratione dissentiat, tristia dicamus hilares, adfirmemus aliqua renuentes, non auctoritas modo verbis, sed etiam fides desit. decor quoque a gestu atque motu venit. 68 ideoque Demosthenes grande quoddam intuens speculum componere actionem solebat: adeo, quamvis fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum oculis credidit, quod efficeret.

Praecipuum vero in actione sicut in corpore ipso caput est cum ad illum, de quo dixi, decorem, tum etiam ad significationem. 69 decoris illa sunt, ut sit primo rectum et secundum naturam: nam et deiecto humilitas et supino adrogantia et in latus inclinato languor et praeduro ac rigente barbaria quaedam mentis ostenditur. tum accipiat aptos ex ipsa actione motus, ut cum gestu concordet et manibus ac lateribus obsequatur: 70 aspectus enim semper eodem vertitur quo gestus, exceptis quae aut damnare aut concedere aut a nobis remove oportebit, ut idem illud vultu videamur aversari, manu repellere:

di talem avertite pestem –
haud equidem tali me dignor honore.

71 significat vero plurimis modis. nam praeter adnuendi, renuendi confirmandique motus sunt et verecundiae et dubita-

mos; y también de los seres vivos, que carecen de lenguaje, se puede conocer su furia, su alegría, su zalamería, tanto por los ojos como por otros signos de sus cuerpos. 67 Y no es de maravillar que estos gestos, que tienen su fundamento en algún movimiento, ejerzan impresión tan grande en las almas, cuando un cuadro, una obra que calla y muestra siempre igual actitud, de tal manera penetra en nuestros sentimientos íntimos, que algunas veces parece superar el poder de la palabra hablada. Por el contrario, si el gesto y el semblante no están acordes con las palabras, si decimos las cosas tristes con signos de alegría, si afirmamos algo haciendo con la cabeza movimientos de negación, no sólo faltará a las palabras toda fuerza expresiva, sino también su credibilidad. La belleza (de la presentación personal) viene también del gesto y del movimiento. 68 Y por eso solía Demóstenes prepararse la representación del discurso mirándose en un gran espejo. Hasta tal grado dispensó él confianza cabalmente a sus ojos, en lo que el gesto generaba, aunque la brillante claridad del espejo le devolvía de lado contrario las imágenes.

Lo principal ante todo en la pronunciación del discurso, como ocurre en el cuerpo, es la cabeza, tanto para aquel efecto bello, del que antes hablé, como también para su fuerza expresiva. 69 Propio del bello efecto es, en primer lugar, que la cabeza esté *derecha* y según su postura natural; porque en la *cabeza bajada* se pone de manifiesto una actitud humilde; echada *hacia atrás*, arrogancia; *inclinada* a un lado, falta de energía; y en una cabeza *firme* y *tiesa*, una cierta rudeza de espíritu, propia de bárbaros. Después, desde los contenidos del mismo discurso, debe recibir sus movimientos convenientes, de modo que esté en consonancia con el gesto y se acomode a las *manos* y a sus movimientos a derecha e izquierda; 70 porque la dirección de los ojos se proyecta siempre hacia el mismo objeto que indica el *ademán*, excepto cuando será necesario condenar algo, o lo admitimos o de nuestra parte lo refutamos, de suerte que se dé la impresión de apartar eso mismo de nuestro rostro, que con la mano lo rechazamos, como en estos ejemplos:

¡Dioses, apartad tal peste de la tierra! (Eneid. 3, 620)
A la verdad, no me siento digna de tal honor (Eneid. 1, 335).

71 Mas la cabeza muestra de muchísimos modos su fuerza de expresión. Porque además de sus movimientos para *asentir*, *negar* y *corroborar*, son también conocidos y familiares a todos

tionis et admirationis et indignationis noti et communes omnibus. solo tamen eo facere gestum scaenici quoque doctores vitiosum putaverunt. etiam frequens eius nutus non caret vitio: adeo iactare id et comas excutientem rotare fanaticum est.

72 Dominatur autem maxime vultus. hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus: hoc pendent homines, hunc intuentur, hic spectatur, etiam antequam dicimus: hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intellegimus, hic est saepe pro omnibus verbis. 73 itaque in iis, quae ad scaenam componuntur, fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuuntur, ut sit Aërope in traegodia tristis, atrox Medea, attonitus Ajax, truculentus Hercules. 74 in comoediis vero praeter aliam observationem, qua servi, lenones, parasiti, rustici, milites, meretriculae, ancillae, senes austeri ac mites, iuvenes severi ac luxuriosi, matronae, puellae inter se discernuntur, pater ille, cuius praecipuae partes sunt, quia interim concitatus, interim lenis est, altero erecto, altero composito est supercilio, atque id ostendere maxime latus actoribus moris est, quod cum iis, quas agunt, partibus congruat. 75 sed in ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra motum quoque et hilaritate enitescant et tristitiae quoddam nubilum ducant. quin etiam lacrimas iis natura mentis indices dedit, quae aut erumpunt dolore aut laetitia manant. motu vero intenti, remissi, superbi, torvi, mites, asperi fiunt: quae, ut actus poposcerit, fingentur. 76 rigidi vero et extenti aut languidi et torpentes aut stupentes aut lascivi et mobiles et natantes et quaedam voluptate suffusi aut limi et, ut sic dicam, venerii, aut poscentes aliquid pollicentesve numquam esse debebunt. nam operatos compressosve eos in dicendo quis nisi plane rudis aut stultus habeat? 77 et ad haec omnia exprimenda in palpebris etiam et in

los que hay para expresar *sonrojo, duda, admiración e indignación*. Sin embargo, también los directores del arte escénico han considerado defectuoso realizar gestos sólo con la cabeza. Tampoco su repetida inclinación deja de ser un defecto; moverla tanto y hacerla girar sacudiendo los cabellos es cosa propia del culto orgiástico.

72 Dominante es, sobre todo, la expresión del *rostro*. Con él nos mostramos *suplicantes*, con él *tristes*, con él *alegres*, con él *altaneros*, con él *humildes*; de él están pendientes los hombres, a él miran fijamente, él es observado, aun antes que empecemos a hablar; por él amamos a unos, por él aborrecemos, por él entendemos muchísimas cosas y él suple muchas veces todas las palabras. 73 Y así en las piezas, que se componen para el teatro, los actores, que recitan los diferentes pasajes, toman también de las máscaras faciales de cada papel la expresión del sentimiento, como en la tragedia una *Aéropé lúgubre* (madre de Agamenón y Menelao), *Medea torva*, *Ayax furioso* y *Hércules fiero*. 74 Mas en las comedias se encuentran, además de otros rasgos, la caracterización por la que se distinguen entre sí esclavos, alcahuetes, parásitos, gente del campo, soldados, ramerillas, criadas, ancianos de mal genio y afables, jóvenes formales y manirrotos, matronas y niñas, como (en sus máscaras) el padre aquel, que interviene en escenas principales, porque unas veces está irritado, otras lleno de mansedumbre, una vez tiene una ceja levantada y la otra normal; y los actores acostumbran sobre todo a hacer ver aquel lado, que está en armonía con el papel que están desempeñando. 75 Pero en la expresión del rostro en sí tienen la fuerza mayor los ojos, por los que el alma ante todo asoma fuera, de modo que, hasta sin moverlos, resplandecen de alegría y forman como una nube de tristeza. Más aún, la naturaleza les dio como reveladoras del alma las lágrimas, que o brotan a raudales en el dolor o fluyen mansamente de alegría. Pero con su movimiento llegan a mirar tensos, apacibles, altaneros, fieros, mansos, ásperos; estas expresiones se darán a la mirada, según la acción lo pidiere. 76 Pero nunca —mientras se habla— deberán estar rígidos y saltones, o lánguidos e inmóviles, o pasmados, o lascivos y sin dejar de moverse y como flotando y bañados en una cierta voluptuosidad, o con mirada desdeñosa y, por así decirlo, destilando sensualidad, o exigiendo o prometiendo cosa alguna. Porque ¿quién durante el discurso los tiene tapados o cerrados, si no es alguien completamente ignorante y un zoquete? 77 Tam-

genis est quoddam deserviens iis ministerium. 78 multum et superciliis agitur: nam et oculos formant aliquatenus et fronti imperant. his contrahitur, attollitur, remittitur, ut una res in ea plus valeat, sanguis ille, qui mentis habitu movetur et, cum infirmam verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit, abit omnis et pallore frigescit: temperatus medium quoddam serenum efficit. 79 vitium in superciliis, si aut inmota sunt omnino aut nimium mobilia aut inaequalitate, ut modo de persona comica dixeram, dissident aut contra id quod dicimus finguntur: ira enim contractis, tristitia deductis, hilaritas remissis ostenditur. adnuendi quoque et renuendi ratione demittuntur aut allevantur. 80 naribus labrisque non fere quicquam decenter ostendimus, tametsi derisus iis, contemptus, fastidium significari solet. nam et 'corrugare nares', ut Horatius ait, et inflare et movere et digito inquietare et impulso subito spiritu excutere et diducere saepius et plana manu resupinare indecorum est, cum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur. 81 labra et porriguntur male et scinduntur et adstringuntur et diducuntur et dentes nudant et in latus ac paene ad aurem trahuntur et velut quodam fastidio replicantur et pendent et vocem tantum altera parte dimittunt. lambere quoque ea et mordere deforme est, cum etiam in efficiendis verbis modicus eorum esse debeat motus: ore enim magis quam labris loquendum est.

82 Cervicem rectam oportet esse, non rigidam aut supinam. collum diversa quidem, sed pari deformitate et contrahitur et tenditur, sed tenso subest et labor tenuaturque vox ac fatigatur, adfixum pectori mentum minus claram et quasi latiore presso gutture facit. 83 umerorum raro decens adlevatio atque contractio est: breviatur enim cervix et gestum quendam humilem atque

bién para llevar a expresión todo lo dicho existe un auxiliador recurso a su servicio, tanto en los *párpados* como en las *mejillas*. 78 Mucho se logra también con las *cejas*; porque ellas dan de alguna manera una configuración a los ojos y señorean la frente. Con ellas se frunce, se levanta, se relaja, de modo que hay aquí una sola cosa que más importa, a saber, la *sangre* aquella, que en su movimiento depende de la actitud de la mente y, cuando un sentimiento de vergüenza se apodera del sensible cutis del rostro, lo llena de encendido rubor, pero si se para por causa de miedo, desaparece enteramente la sangre y el rostro queda en fría palidez; el rojo sanguíneo, temperado de color intermedio, produce una impresión de serenidad. 79 Hay *defecto* en las *cejas* si están absolutamente inmóviles, o se mueven demasiado, o por su forma desigual, como había dicho poco antes de la *máscara trágica* (n.º 73), no están simétricas, o si se las mueve en contradicción con lo que decimos; porque con las *cejas encogidas* se muestra ira, *bajándolas* tristeza, *relajadas* alegría. También en relación con *anuencias* y *renuencias* (afirmación y negación) se bajan o se levantan. 80 Con *narices* y *labios* por lo general no damos a entender cosa alguna de modo conveniente, aunque con ellas y ellos se suele indicar *mofa*, *menosprecio*, *hastío*. Porque el *arrugar las narices*, como dice Horacio (*Epist.* 1, 5, 23), lo mismo que *inflarlas* y *moverlas*, *mostrar intranquilidad con el dedo en ellas* y *hacerlas sonar con un abrupto resoplido* (estornudo), *poner una y otra vez tensas las fosas nasales* y *con la palma de la mano levantarlas hacia arriba*, siendo así que *el limpiárselas con exagerada frecuencia* se tiene no sin razón como reprehensible. 81 Mal se hace también cuando se *alargan hacia adelante los labios*, cuando *se les separa*, *se los levanta*, *se los abre* y *dejan al desnudo los dientes*, y *se los extiende a un lado* y *casi hasta las orejas*, y *abultan uno sobre otro como en signo de fastidio*, y *están como colgando* y *dejan salir la voz por una sola parte*. Feo es también *lamérselos* y *mordérselos*, cuando ya es sabido que al formar las palabras debe ser moderado su movimiento; porque se ha de hablar más con la boca que con los labios.

82 La *cerviz* debe estar recta, no tiesa y levantada. Ciertamente distinto, pero por igual feo es tanto *encoger el cuello* como *estirarlo*, pero con él *estirado* aparece también la incomodidad y la voz se debilita y se fatiga, mientras que el *mentón* pegado al pecho la hace menos clara y, al quedar presionada la *garganta*, también en cierta manera más *abierta*. 83 Rara vez es conveniente alzar y encoger los *hombros*; porque se hace más corta la *nuca*

servilem et quasi fraudulentum facit, cum se in habitum adulationis, admirationis, metus fingunt. 84 brachii moderata proiectio, remissis umeris atque explicantibus se in proferenda manu digitis, continuos et decurrentis locos maxime decet. at cum speciosius quid uberiusque dicendum est, ut illud 'saxa atque solitudines voci respondent', expatiatur in latus et ipsa quodam modo se cum gestu fundit oratio. 85 manus vero, sine quibus trunca esset actio ac debilis, vix dici potest quot motus habeant, cum paene ipsam verborum copiam persequantur. nam ceterae partes loquentem adiuvant, hae, prope est ut dicam, ipsae loquuntur. 86 an non his poscimus, pollicemur, vocamus, dimittimus, minamur, supplicamus, abominamur, timemus, interrogamus, negamus, gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, paenitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus. 87 non eaedem concitant, inhihent [supplicant], probant, admirantur, verecundantur? non in demonstrandis locis atque personis adverbiorum atque pronominum optinent vicem? ut in tanta per omnes gentes nationesque linguae diversitate hic mihi omnium hominum communis sermo videatur.

88 Et hi quidem, de quibus sum locutus, cum ipsis vocibus naturaliter exeunt gestus: alii sunt, qui res imitatione significant, ut si aegrum temptantis venas medici similitudine aut citharoe-dum formatis ad modum percutientis nervos manibus ostendas. quod est genus quam longissime in actione fugiendum. 89 abesse enim plurimum a saltatore debet orator, ut sit gestus ad sensus magis quam ad verba accommodatus, quod etiam histrionibus paulo gravioribus facere moris fuit. ergo ut ad se manum referre, cum de se ipso loquatur, et in eum, quem demonstrat, intendere et aliqua his similia permiserim, ita non effingere status quosdam et quidquid dicet ostendere. 90 neque id in mani-

y forma un gesto bajo, propio de esclavos, insincero, cuando los hombros se ponen en actitud de adulación, de admiración y de miedo. **84** *Extender* el brazo hacia adelante con mesura, mientras los hombros se relajan y los dedos se despliegan al elevarse una mano (la derecha), conviene sobremanera a pasajes ininterrumpidos y dichos con ágil uniformidad. Pero cuando haya que hacer visible algo, con más relieve y mayor extensión, como aquel ejemplo: *peñascos y soledades responden al sonido de la voz* (*Pro Arch.* 8, 19), la mano se extiende a un lado, y la parte del discurso por sí misma fluye de alguna manera acompañando el ademán. **85** Verdad es que apenas puede decirse cuántos movimientos pueden realizar las *manos*, sin las cuales estaría un discurso mutilado y sin fuerza, ya que ellas consiguen casi la misma plenitud que tienen las palabras. Porque las demás partes del cuerpo sirven de ayuda al que habla, pero *éstas*, casi estoy por decirlo, *por sí mismas hablan*. **86** ¿Acaso no *pedimos con ellas, prometemos, llamamos, despedimos, amenazamos, suplicamos, maldecimos, tememos, preguntamos, negamos* y mostramos gozo, tristeza, duda, confesión, arrepentimiento, moderación, abundancia, número, tiempo? **87** Ellas mismas, ¿no *incitan, impiden (suplican), alaban, admiran* y muestran respeto? Para dar a entender *lugares y personas*, ¿no desempeñan el papel de *adverbios y pronombres*? De tal modo es así que, entre tan gran diversidad racial de pueblos y de orígenes distintos, me parece que es éste —el de las manos— el lenguaje común de todos los hombres.

88 Y estos gestos y ademanes de que he hablado son los que brotan de un modo natural con la misma expresión oral; otros hay que dan a entender los objetos por imitación, como cuando se indica un enfermo por el parecido ademán de un médico que toma el pulso, o un citarista si se han puesto las manos a la manera de quien toca las cuerdas de un instrumento. Este género de ademanes debe ser evitado lo más que se pueda en la pronunciación del discurso. **89** Porque el orador debe alejarse muchísimo del *bailarín de imitaciones* (pantomimas), de suerte que el gesto se acomode más al sentido que a las palabras, como ya acostumbraron hacer los actores de escena algo más exigentes. En consecuencia, si bien yo quisiera dar por bueno que un orador dirija la mano hacia sí, cuando hable de su propia persona, y que la extienda hacia aquél a quien señala, y otros ademanes semejantes a éstos, así no concedería el describir ciertas posturas y toda cosa que vaya a decir. **90** Y esto ha de observarse

bus solum, sed in omni gestu ac voce servandum est. non enim aut in illa perihodo 'stetit soleatus praetor populi Romani' inclinatio incumbentis in mulierculam Verris effingenda est, aut in illa 'caedebatur in medio foro Messanae' motus laterum, qualis esse ad verbera solet, 91 torquendus aut vox, qualis dolori exprimitur, eruenda, cum mihi comoedi quoque pessime facere videantur, quod, etiam si iuvenem agant, cum tamen in expositione aut senis sermo, ut in Hydriae prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula vel effeminata voce pronuntiant. adeo in illis quoque est aliqua vitiosa imitatio, quorum ars omnis constat imitatione.

92 Est autem gestus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur explicitis tribus, et principiis utilis cum leni in utramque partem motu modice prolatus, simul capite atque umeris sensim ad id, quo manus feratur, obsecundantibus, et in narrando certus, sed tum paulo productior, et in exprobrando et coarguendo acer atque instans: longius enim partibus his et liberius exseritur. 93 vitiose vero idem sinistrum quasi umerum petens in latus agi solet, quamquam adhuc peius aliqui transversum brachium proferunt et cubito pronuntiant. duo quoque medii sub pollicem veniunt, et est hic adhuc priore gestus instantior, principio et narrationi non commodatus. 94 at cum tres contracti pollice premuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. is in exprobrando et indicando (unde ei nomen est) valet [et], adlevata ac spectante umerum manu paulum inclinatus adfirmat, versus in terram

no sólo en las *manos*, sino en todo *gesto* y *modulación de voz*. Porque en este período: *así estuvo él, con sandalias griegas, el pretor del pueblo romano*, no se debe imitar cómo Verres está apoyado sobre una mujerzuela (Cic., *Verr.* 5, 33, 86), o en aquel otro período: *azotado era en medio del Foro de Mesina*, el doblarse a uno y otro lado, como suele ocurrir a los golpes del látigo (*Verr.* 5, 62, 162), **91** habiendo de retorcer la figura, o se ha de sacar una voz como la que se arranca al dolor, igual que me parecen hacer también muy mal los actores cómicos, porque hasta cuando representan el papel de un joven, en su modo de narrar las cosas recurren, sin embargo, o el estilo de palabras de un viejo, como en el Prólogo de la *Hidria* (de Menandro), o dicen las palabras de una mujer, como en la comedia *Georgós* (*El labrador*, del mismo autor), con voz temblorosa y afeminada. Hasta tal extremo es también incorrecta una imitación en estos actores, cuya arte se basa por entero en la imitación.

92 Mas aquel ademán especialmente generalizado, con el que el dedo *central* (el del corazón) se curva y toca con el *pulgar*, mientras los tres restantes quedan rectamente desplegados, es utilizable, por una parte, en los Exordios, y se hace adelantándolo moderadamente con un suave movimiento a un lado y a otro, mientras la cabeza y los hombros lo siguen poco a poco en la dirección a que se lleva la mano; por otra, en las Narraciones, con expresión de certidumbre, pero entonces adelantándolo algo más; y, por último, en las recriminaciones y en los casos de convictos, con acritud y atacando; porque en estas partes se pueden extender y usar más libremente las manos. **93** Pero es una defectuosa costumbre hacer el mismo ademán dirigiéndolo a un lado como buscando el hombro izquierdo, aunque es todavía peor cuando algunos adelantan un brazo de modo transversal y dicen el discurso con el codo levantado. También los dos dedos *centrales* (corazón y anular) se colocan debajo del *pulgar*, y este ademán es todavía más insistente que el primero, por lo que no es conveniente para la parte del exordio y de la narración. **94** Por el contrario, cuando *tres dedos curvados* (meñique, corazón y anular) quedan sujetos debajo del *pulgar*, entonces suele desplegarse aquel dedo *índice*, del cual, como dice Cicerón, hizo uso Craso magníficamente (*De orat.* 2, 45, 188). Éste muestra su eficacia cuando se hacen recriminaciones y denuncias —indicaciones— (de donde tiene su nombre, índice); y, cuando se levanta la mano y se gira un poco hacia el hombro sirve, un poco curvado, para

et quasi pronus urguet: et aliquando pro numero est. 95 idem summo articulo utrimque leviter adpresso, duobus modice curvatis, minus tamen minimo, aptus ad disputandum est. acrius tamen argumentari videntur, qui medium articulum potius tenent, tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt. 96 est et ille verecundae orationi aptissimus, quo, quattuor primis leviter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore aut pectore fertur ad nos manus et deinde prona ac paulum prolata laxatur. 97 hoc modo coepisse Demosthenen credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio, sic formatam Ciceronis manum, cum diceret: 'si <quid est>, iudices, ingeni mei, quod sentio quam sit exiguum'. eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in nos et fusius paulo in diversum resolvitur, ut quodam modo sermonem ipsum proferre videatur. 98 binos interim digitos distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intra spectantibus, 99 sed ne illis quidem tensis, qui supra sunt. interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quattuor remissis magis quam tensis, pollice intus inclinato, habilem demonstrando in latus aut distinguendis, quae dicimus, manum facimus, cum supina in sinistrum latus, prona in alterum fertur. 100 sunt et illi breves gestus, cum manus leviter pandata, qualis voventium est, parvis intervallis et subad-

